MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80416-11

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR: PROHASEL, PAUL

TITLE: Q. CURTII RUFI CODICUM ....

PLACE: SAGAN

DATE: 1890

Master Negative #

91-80416-11

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record



87C94
DZ6 Prohasel, Paul,
...Q. Curtii Rufi codicum memoriae emendandae leges et proponuntur et adhibentur, von... Paul Prohasel... Sagan, Mertsching, 1890.
22 p., 27 cm.

At head of title: Jahresbericht des Königlichen Katholischen gymnasiums zu Sagan...

350754

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA IA IB (IIB)
DATE FILMED: 1-15-92 INITIALS P.O
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

IMAGE EVALUATION
TEST TARGET (MT-3)





PHOTOGRAPHIC SCIENCES CORPORATION
770 BASKET ROAD
P.O. BOX 338
WEBSTER, NEW YORK 14580
(716) 265-1600

87C94 No.7
DZ6

Jahresbericht

des

Königlichen katholischen Gymnasiums

zu

SAGAN

für das Schuljahr 1889|90,

durch welchen

zu der am 29. März stattfindenden

Schlussfeierlichkeit

ergebenst einladet

der Direktor

Dr. R. Nieberding.

Inhalt:

1. Q. Curtii Rufi codicum memoriae emendandae leges et proponuntur et adhibentur. Von dem Gymnasiallehrer PAUL PROHASEL.
2. Schulnachrichten. Von dem DIREKTOR.

Sagan.
Druck von P. Mertsching.
1890.

1890. Progr. Nr. 189.

Q. Curtii Rufi codicum memoriae emendandae leges et proponuntur et adhibentur.

Abhinc multos annos casu quodam Q. Curtii Rufi historiae in manus meas venerunt. Quas cum iterum atque iterum perlegissem, facere non potui, quin rationes quaererem, quibus earum multos et insanos locos emendarem. Duas igitur vias ingressus sum. Primum enim codicum cognitioni, quot quantumque in lucem a viris doctis prolati erant, navavi operam meam studiumque, tum Curtii linguae. Ita factum est, ut nonnulla et de illis et de hac invenirem, quae ad sanandam verborum contextus memoriam usui esse possunt. Doleo sane, quod omnia illa, quae collegi, recte disposita in hoc programmate afferre per exiguum loci spatium, quod mihi concessum est, non licet. Ita mihi proposui, ut ex ea parte eorum, quae ad codices spectat, hic in publicum nonnullas memoriae codicum emendandae leges, ad quas illis adductus sum, edam, editas ipse adhibeam.

I.

De auctoritate et natura codicum universa.

De auctoritate codicum historiarum Curtii eorum, qui adhuc recogniti atque collati sunt, a viris doctis permultum disputatum est. Zumptius[1] autem primus rectam viam ingressus illos in duas familias, quarum altera integrorum, altera interpolatorum esset, dividendos esse cognovit. Sed ne acta agam, cetera de hac re velim legas apud Eussnerum,[2] qui sententiis quae usque ad eius tempora prolatae erant expositis suum de codicum auctoritate fecit iudicium eorumque cognationis tabulam adiunxit. Postea Schuessler[3] quaestionibus ceterorum in usum vocatis novisque curis impensis Eussneri sententiam parum correxit atque amplificavit. Hic quoque codicum schema composuit. In his librorum ordinum tabulis unum offendo. Bernensem enim A, Florentinum A, Leidensem, Vossianum I. prorsus in eodem loco ponendos esse nego. Iam Zumptius[1] Vossianum I. vitiosiorem ceteris eiusdem ordinis esse intellexit. Hedickius,[4] qui de hoc libro copiose disseruit, quamquam Jeepium falso eum in dubium vocasse mihi probavit, ob id tamen vituperandus est, quod verba Zumptii maxime ad menda orthographica et similia spectare dixit. Namque etiamsi menda orthographica numero praeponderant, sub verbo tamen Hedickii quod est „similia“ omnia fere vitiorum genera, quae in Curtii libris inveniuntur, vix intellegenda sunt. Ac tamen in eo exstant. Quodsi ille Vossianum proxime accedere ad cod. Bernensem A affirmavit,[5] magnopere errare mihi videtur. Quamquam enim quattuor illorum codicum sua quisque menda, quibus similia sescenta omnium consensu praebentur, ostendit, ego tamen apparatu critico editionis Hedickii, qui quin optime de Curtii historiis meritus sit non dubium est, recognito Vossianum I. innumera fere vitia, quae in codibus BF non exstant, habere eademque fere omnia cum Leidensi communia, permulta eorum cum Parisino mihi persuasi.

[1]) in ed. Brunsvig. 1849 praef. p. 14. [2]) in spec. crit. Virceb. 1868 p. 4—25. [3]) in programmate Ilfeldensi de Curtii codice Oxoniensi A. Lips. 1874. [4]) in quaest. Curt. spec. p. 33—35. [5]) quaest. Curt. spec. p. 36.

Cuius rei exempla in unaquaque opinor pagina illius editionis, quam supra nominavi, si eam evolveris, reperies. Atque etiam loci sunt, quibus codices LV vel PLV soli recta verba tradant, ut codices BF emendari possint.[1] Praeter omnia ex vitiis ipsis apparet codices LV segregandos esse a codicibus BF, ut illi a minus doctis hominibus quam hi scripti videantur maioremque fidem faciant. Tum quod codices LV sescentis locis cum codice Parisino consentiunt, facile intellexeris illos plus accedere ad hunc quam BF. Sed tamen nolim arbitreris codices BF ex alio fonte atque LV fluxisse.

Neque vero dubitamus Eussnero,[2] quamquam ab Ed. Woelfflino[3] et ab Hugio,[4] ne quid nimis ageret, monitus est, assentiri, qui dicit: „prior prioris classis ordo[5] ita comparatus est, ut is proxime ad archetypi speciem accedere putandus sit. Quamobrem Parisinus 5716,[6] quippe qui solum huius ordinis integrum exemplum exstet, ubicunque a ceterorum primae classis codicum lectione ita recedit, ut aut solus aut et ipse et illi sanum aliquid exhibeant, illis posthabitis sequendus est. Quid? quod saepe Parisini vitia tolerabili ceterorum lectioni praeferenda sunt, cum ipsa veram emendandi rationem monstrent.“ Eandem fere sententiam protulit Hedickius, cum moneret: „fortasse is verum assequatur, qui ubique codicis Paris. lectiones praefert: nam ut quid sentiam ingenue profitear, codex Paris. melioris generis deterius exemplar, archetypon autem codicum BFLV deterioris generis melius exemplar repraesentare mihi videtur.“ Quae cum ita sint, omnibus locis codices prioris classis sequamur, sed priorem classis prioris ordinem[5] alteri, in hoc codices LV codicibus BF praeferamus. Postremo autem libros interpolatos respiciamus.

Nec tamen si quis, ut Rufi historiis artem criticam adhibeat, sibi proposuerit, auctoritatem codicum cognovisse sat erit, sed sibi etiam quaerendum esse, qua illi natura atque indole sint, recte censebit. Omnes enim codices, id quod iam I. Scaliger[7] intellexit, ab uno satis recenti mendosoque libro, qui quamquam optimus exstiterit, tamen mutilatus ac tam male tantoque compendio, ut aegre legeretur, scriptus fuerit, esse exortos apud omnes, qui vel paululum codicum rationem cognitam habent, constat. Illud enim apparet ex innumeris vitiis, quae omnibus fere codicibus communia sunt. Quorum genera qui accurate perspexerit, facile ac prospere locis corruptis Rufi historiarum remedia haud raro admovebit. Illis investigandis indagandisque Fossius[8] summam operam bis navavit. At tamen primum quidem, quia codices eius aetate nec omnes collati, quos nunc recognitos habemus, collatique minus accurate explorati erant, multa, quae falsa sunt, attulit, alia praetermisit, alia haud recte codicibus attribuit. Hugius enim, qui et ipse codicem Bernensem A recensuit, lacunarum undetriginta, quas Fossius[9] in eo se exceptis iis, quae illi cum aliis communes sint, invenisse putet, quattuordecim omnino non exstare demonstrat.[10] Deinde tantum abest, ut vir ille doctissimus ac de Curtio optime meritus vitia librariorum afferat, quo emendandi arti viam patefaciat, ut allatis illis, qualis cognatio inter codices statuenda sit, doceat. Itaque neque vitiorum omnia genera enumerat neque illa ipsa inter se accurate discernit. His de causis haud inutilem a me laborem susceptum opinor, cum huic rei hanc meam operam qualemcunque impenderim. Ut vero illam quam facillime explicem, commentario critico editionis Hedickianae a. 1867 nisus eiusdem paginarum versuumque numeris, siglis autem codicum hisce utar:

A = codd. P (frgm. HRSD) BIFLVI sive universi
sive quot quoque loco servati sunt.
C = codd. BFLV.
P = cod. P. (frgm. HRSD).
T = LVP.
D = LV.
I = codd. interpolati.

Atque exempla vitiorum ita afferam, ut et naturam codicum optimorum illustrem et rationem, quae intercedit inter codices BF et LV vel LVP, patefaciam. Propterea ne spatium mihi concessum excedam, in exemplis afferendis, quia rei, quam ut exponerem, mihi proposui, satisfit, rationem praecipue codicum A et T et D habebo. Sed cave negaveris codices C et P vitia eorundem generum etiam seiunctos permulta exhibere. Codices autem BF perraro propria, quae a memoria ceterorum eiusdem classis discordant, praebent.[1]

[1]) Cf. Hed. ed. p. 59 v. 16 Mithrem LPV, mithren BF. p. 156 v. 25 eludi. at PV. (eludi * L) eludat BF. p. 194. v. 36 simachus LPV, hegesimachus BF. p. 231. 9 hii LPV, hi BF. p. 249. v. 35 is LV, iis BF, his: Lauer. [2]) l. l. p. 7. [3]) cf. praef. ed. Vogel. minoris a. 1889 p. IV. — E. W(oelfflinum) in Philol. indic. a. 1869. p. 23. [4]) Hug. in quaest. Curt part. prim. 1870; ad haec cf. Vogelium in Fleckeisen. annal. a. 1870 vol. 101 p. 563. 565. [5]) Par. 5716 frg. HDRSMc. [6]) ab Haimo monacho saec. IX (X?) scriptus comitique Chuinrado dedicatus. [7]) Cf. Hedickii quaest. Curt. spec. p. 7. — Eussneri spec. crit. p. 2. [8]) H. E. Fossii epist. crit. ad Muetzellium. Altenburg 1846. p. 9.; eiusdem quaest. Curt. Altenburg 1852. p. 3. [9]) in epistula supra l. p. 10. [10]) in: Beiträge zur Kritik lateinischer Prosaiker. 1864. p. 8.

II.

De lacunis.

1. Frequentissimum igitur codicum vitium, ut ab eo incipiam, in locis lacunosis positum est. Quare recte sane concluditur archetypum qui vocetur iam lacunas tradidisse magnisque compendiis scriptum fuisse, ut librarii, cum ea resolvere non possent, plus minusve omitterent.

Liceat mihi falsis vocabulis recta adicere vel, quibus locis lacunae exstent, ea afferre, quae, ut illas expleant, viri docti optime proponant.

Atque primum quidem singulae litterae interciderunt. Huc accedit, ut geminationem vocalium vel consonantium persaepe a librariis neglectam videamus. Conferamus aliis omissis exemplorum causa haec:

A: 6, 1 astae [hastae: Zarotus. 14, 5 alicarnaso [Halicarnaso: Hedickius.[2] 44, 30 astace [Mazaces: Rader. 48, 28 parthanorum [Spartanorum: I. 209, 26 sidracarum [Oxydracarum: Aldus. 61, 3 maleon [Malieon: Schmieder. 105, 9 percrebuit [percrebruit: Zarotus. 109, 37 eriguus [Erigyius: Freinsheimius. 119, 37 atarras [Atharrias: Zumptius. 133, 9 desiemus [desinemus: Vindelinus. 135, 9 expedibat [expediebat. 144, 6 sartibazes [Satibarzanes: Vindelinus.

Sed etiam una pluresve litterae ita omittuntur, ut casus, numeri, modi, genera, tempora, vocabula confundantur: 26,20 pecunia signata [pecuniae signatae: Modius. 35, 1 aqua [aquam: Lauer. 67, 33 acie [aciem: I. 186, 17 legationis [legationibus. 221, 35 omnis [omnibus: I. 235, 14 nihil [nihilo: Acidalius. 235, 34 robor [robore: Aldus.

140, 4 defossa [defossae: Vindelinus. 159, 9 pubes [puberes: Lauer. 192, 9 quo [quos: Zumptius. 15, 13 tulisset [tulissent: Lauer. relinqueret [relinquerent 19, 15: I.

85, 9 est [esset: Zumptius. 62, 12 appellantur [appellarentur: Zumptius. 175, 23 arbitretur [arbitraretur: I.

14, 10 praemiserat [praemissus erat: Hedickius. 46, 26 destinaret [destinaretur: Kindscher. 108, 11 edit [editur a sec. m. L. 155, 33. — 185, 14. — 209, 7.

7, 16 accersit [accersiit: Hedickius. 140, 30 poterant [potuerant: Acidalius. —

5,2 ostium [hostium: Lauer. 8,6 punicis [puniceis: Aldus. 9, 11 acies [facies: Scheffer. 24, 5; 6 si [sic: Scheffer. 22, 8 abscisaque [abscissaque: Lauer. 28, 29 et [est: I. 29, 24 somno [somnio: Aldus. 29, 28 sero [serio: Giunta. 30, 9 utique [utrique: Lauer. 33, 34 ex [rex. 34,33 ictu (V: hictu) [iactu: I. 37, 12 inusitatae [invisitatae: Hedickius. 45, 29 ita [sita: Acidalius. 74, 13 trium [turrium: Lauer.

T: 47, 9 ammone [Hammone. 106, 3 papagoniam [Paphlagoniam. 106, 28; 108, 21; 112, 1: 4 nabazanes [Nabarzanes. 108, 37 fugenti [fugienti. 128, 19 egelocum [Hegelochum. 10, 29 calisthenem [Callisthenem. 186, 16 distingunt [distinguunt. 194, 36 simachus [Symmachus. 226, 23 comisabundus [comissabundus.

122, 12 media [Mediam. 138, 32 excepta [exceptae. 180, 11 adferent [adferrent. 228, 5 poterat [poterant. 229, 5 amni [amnis.

71, 5 aut [haud. 68, 18 reliquis [reliquiis. 73, 36 et [est. 125, 14 ego [ergo. 132, 14 ne [nec. 220, 18 sami [Sambi. 226, 22 alii [alibi. 230, 15 devixerat [devinxerat.

D: 39, 5 boetia [Boeotia. 39, 28 quado [quando. 97, 17 coiciunt [coniciunt. 178, 31 seminarum [seminarium. 184, 10 calisthenem [Callisthenem. 241, 11 ammonem [Hammonem. 245, 16 pervacius [pervicacius. 249, 32 tessalus [Thessalus.

63, 16 exhausta [exhaustam. 75,30 dat [data. 242, 15 civili [civilia. 139, 29 indicu [indicum. 188, 1 pugna [pugnam. 224, 19 regione [regionem.

155, 11 a [ad. 190, 13 hic [hinc. 219, 13 legerant [elegerant. 227, 2 ne [nec. 249, 35 is [his.

C: 3, 4 marsus [Marsyas. 13, 9 locutus [elocutus. 103, 1 dextra [dextera. 121, 37 ammonis [Hammonis. 230, 16 equam [nequam: Hedickius. 46, 6 habitant [habitabant. 47, 13. — 102, 22

[1]) Cf. p. 4. annot. 1 huius programmatis. [2]) littera h enim persaepe in initio vocabulorum omittitur.

parti [partis. 110, 3 manapi [Manapim. 147, 16. — 157, 8. — 167, 26. — 187, 22. — 207, 2. — 251, 38.

42, 35 hic [hinc. 75, 7 onus [honos. 180, 11 ne [nec. 221, 37 maris [Martis.

P: 25, 37 destitua [destituta. 30, 36 — 40, 8. — 41, 4. — 109, 28 ultiora [cultiora. 127, 5. — 169, 7. — 16, 27. — 18, 31 vari [varia. 22, 26. — 31, 30. — 66, 35. — 68, 6. — 78, 4. — 97, 20. — 105, 30. — 138, 27. — 245, 24. —

42, 32 movit [monuit. 141, 17 oritur [orditur. 15, 22 a [ad. 167, 16 actis [iactis. 174, 19 et [sed. 180, 16 actores [auctores. 189, 28 emoliebantur [demoliebantur. 217, 31 aula [aulaea. 226, 31 probum [probrum.

Deinde singulae syllabae a librariis omittuntur modo in initiis verborum modo in iis mediis modo in iis extremis:

A: 14, 33 moribus [maioribus: Acidalius. 17, 5 animo [animorum: Hedickius. 25, 15 mirabilis [miserabilis: Lauer. 38, 20 quid [quidquid: I. 56, 28 suanique [Susianique: Lauer. 60, 36 erat [aberat: Hedickius. 68, 34 plicabantur [implicabantur: I. — 78, 14 mercennario [mercennariorum: Modius. 78, 84 pellere [perpellere: Acidalius. 86, 33 quae [atque: Lauer. 91, 10 fiducia [fiduciarium: Iunius. 106, 32. — 114, 27. — 120, 25 quam [quoniam: I. 128, 37 petito [repetito: I. 133, 24 morata [moderata: I. 137, 5 ipsi [ipsius: Vindelinus. 147, 9 ter [terna: Iunius. 147, 20 miles [Milesii: Lauer. 150, 6 spitamen [Spitamenen: Snakenburgius. 150, 10 in [intra: Hedickius. 165, 1 choras [Chorasmiis: Rader. 170, 1 nauta [Nautaca: Zumptius. 184, 34 (84, 5) in [inde: Freinsheimius (Vindelinus). 193, 6 spectasse [exspectasse: Lauer. 217, 15 iam [etiam: Hedickius. 230, 32 conditum [conditorium: Heinsius. 241, 13 provide [providere: Modius. 246, 23 contio [contione: Vindelinus.

T: 67, 19 quo [equo. 148, 83 occuparum [occupaturum. 223, 16 pertiebantur [perpetiebantur.

D: 48, 19 gratubantur [gratulabantur. 39, 12 mansuetudis [mansuetudinis.

C: 22, 36 lacrimasse [inlacrimasse. 27, 7 dein [deinde. 63, 18. — 87, 27. — 92, 24. — 141, 6. — 175, 19. — 204, 36. — 207, 12 indui [induimus: I. — 252, 18.

108, 32 in [inter. 216, 34 eius [eiusdem. 209, 8 in [inter.

P: 11, 10 iectum [deiectum. 22, 19 fagatus [fatigatus. 23, 25 invidio [invidiosum. 68, 14. — 98, 1 ho [hominis. 104, 4. — 106, 18. — 117, 17. — 124, 35. — 171, 9. — 184, 32 ius [fluvius. — 194, 19. — 194, 21 diffus [diffusus. 195, 17. — 198, 9. — 214, 14. — 217, 22. — 223, 24. — 224, 32 tent [tenent. 226, 14.

18, 15 venienti [venientibus. 78, 4 adnues [adnueres. 97, 20 dissipantur [dissipabantur. 105, 30. — 116, 7. — 127, 5 sollicitet [sollicitetur. 149, 17. — 202, 33. — 216, 23 memento [mementote.

69, 6 moris [humoris. 117, 29 eo [adeo. — 165, 28 quam [quamquam. 167, 18. — — 186, 39. — 206, 9. — 208, 24. — 230, 7. — 242, 22. — 16, 26 etc.

Haec exempla si perlustraveris, intelleges saepe litteras vel syllabas propter similitudinem antecedentium vel sequentium ab librariis omitti potuisse. Nec dubium est, quin factum sit, ut in solvendis quoque compendiis, quia librarii artis orthographicae ignari erant, litterae vel syllabae interciderent. Nonnunquam autem latet, cur eiusmodi lacunae exortae sint, nisi forte neglegentiam aut linguae inscitiam earum matrem cognoscis.

Saepissime deinde librarii singula vocabula praetereunt. Atque multis locis propter litterarum similitudinem esse factum videtur. Exempla huiusmodi sunt plurima, quorum nonnulla afferre mihi liceat:

A: 25, 22 hicum [hiemem]: Vogelius; ego et ipse, priusquam Vogelii editio a. 1880 in manus meas venit, illud vocabulum in verborum contextum inseri volui. 28, 30 [deinde] descendit: Zarotus. 29, 30 huius [habitus]: Eussner. 46, 14 id [quod]: Zarotus. 51, 19 pronuntiari [iter]: I. 57, 7 me [meae]: I. 63, 35 [positi] post: Fossius. 76, 2 stipendium [duum]: Zumptius. 123, 29 [ab] absente: Freinsheimius. 129, 17 patrem [expertem]: I. 144, 11 exercitus [Erigyius]: Modius. 155, 21 moribus [hominibus]que: Vogelius. 160, 19 [deum] donum: I. 174, 10 malis [quis]: Hedickius. 217, 6 post [est]: Hedickius. 248, 9 [erat] iratusque: Vindelinus. 249, 17 deficerent [excederent]: Vindelinus. 233, 19 demum [cum]: Jeepius.

D: 75, 30 cum [M] talentis.

C: 7, 3 [is] ipse. 137, 31 qui [ad] aditum: Lauer. 149, 32 humiliores [pares]. 156, 14. — 176, 3 Craterum [autem]. 242, 27. — 247, 5. — 161, 13. — 218, 11. — 132, 19.

P: 25, 23. — 34, 16. — 73, 26 murus [instructus]. 112, 3 Dareus [assuetus]. 127, 28. — 145, 22. — 158, 17. — 162, 10. — 169, 3. — 180, 28. — 178, 16. — 232, 5.

Neque vero raro fit, ut singula verba, quamquam non apparet, cur interciderint, in codicibus desint; verisimile putaveris librarios, cum compendia resolvere nequivissent, vocabula omittere quam litteras non perspectas scribere maluisse. Huius vitii exempla plurima omnium codicum Parisinus exhibet. Recte igitur Eussner: „Parisinus, ait, tam neglegenter scriptus, ut vix persuadere tibi possis librarium omnino latine scivisse, quo factum est, ut plurimis sane locis scateat mendis quibusdam, quae in ceteris libris non inveniuntur.“ Sed redeamus ad A.

A: 17, 6 [quam] proelio: I. 28, 36 [duo] hospites: Vogelius. 30, 25 agros [discurrunt]: Grunauer-Vogelius. 36, 22 [harpagonas] inligaverunt: Vogelius. 53, 38 [redderes] saevitiae: I; 76, 21 [tradita] pleraque: I. 77, 23 quoque [Darei]: Lauer. 89, 9 [me] iunxisset: Vogelius. 106, 21 [non] moribus: Lauer. 119, 34 [ad] praetorium: I. 125, 7 [quod] operturus: Jeepius. 125, 27 [vos] me: I. 136, 32 [famae] Vindelinus. 177, 37 [a victis] discere: Freinsheimius. 192, 7 [speciem] sacrificiis: Muetzellius. 245, 4 an [pluribus]: I.

T: 22, 14 peditum C [milia]. 27, 5 [et] deficientibus.

D: II [milia] 72, 22.

C: 26, 7 [tres] fuere. 94, 22 [Patron] habebat. 135, 9 [et] Hecataeum. 154, 15 par [est]. 155, 18 [quoque] sapere. 167, 5 at [cum]. 173, 19 sine [minis]. 184, 19. — 186, 31. — 191, 10. — 202, 31. — 248, 12. —

P: 7, 10 [est] a rege [ut] omnes. 18, 13 quantum [posset]. 22, 1 maiestate [solum]. 37, 17 [modo] superfusis. 54, 34 [quam] tibi. 55, 18. — 60, 36. — 64, 30. — 69, 36. — 77, 26. — 84, 31. 104, 29. — 116, 35. — 118, 30. — 120, 25. — 122, 26. — 155, 9. — 173, 21. — 173, 25. 181, 26 etc.

Ita persaepe parva vocabula „in“, „et“, „que“ aliaque quae frequentantur, velut „mille“, „milia“, interciderunt.

Sed haec quidem hactenus. Illius igitur codicum vitii, quod frequentissimum est, in arte critica Curtii historiis adhibenda semper rationem haberi necesse est.

Ita his locis exstare lacunas iisque explendis eos sanari posse censeo:

VII. 2, 33: De Parmenione, qui a rege necatus erat, secundum codices haec dicuntur: *felicissimo regi et ad omnia ad fortunae suae exigenti modum satisfecit*. Lauer, quem posteri secuti sunt, 'ad' ante 'omnia' expunxit, quod intellegi non posset. Vogelius dicit in editione historiarum maiore a. 1880: „Das sinnlose ad in der Zeile vorher zwischen et und omnia ist vermutlich entstanden aus einem zwischen den Zeilen stehenden und zu iuvenis gehörigen ut“. Equidem censeo 'ad' duabus litteris omissis exortum esse ex adverbio **adeo**. Rex enim adeo (so sehr, so ganz) omnia ad fortunae suae exegit modum, ut ne amicis quidem parceret. Cf. III. 11, 12. — III. 12, 22. — V. 10, 14. — VI. 9, 36. — VIII. 6, 18. — VIII. 9, 11. IX. 3, 2. IX. 4, 7. IX. 6, 17. X. 2, 11. X. 3, 4.

VIII. 9, 23: De Indorum regibus agitur. Memoria codd. Flor. omnium, L. A, Voss. II., Mer., Ald., Mod. haec est: *Regum tamen luxuria quam ipsi magnificentiam appellant super omnium gentium vitia* Codd. vero Bernens. A. et Voss. I., de quibus Hedickius tacet, servari dicitur 'supra' pro 'super'. Nec tamen inter has praepositiones multum hoc loco interesse dixit Zumptius. Modius autem temere 'vitia' omisso scribit: super omnium gentium (sc. luxuriam) est. De praepositione 'super' Vogelius[1] dicit: „selten bezeichnet es, wie bisw. auch bei Liv., den Vorrang, so: super omnium vitia, super vota“. Si hos duos locos comparaveris, cognosces priore loco non aeque atque altero illam raram vim praepositionis verbo, quod finitum nominatur, adiuvari, quod Modius, qui 'est' interpolavit, recte sensit. Quare scribatur malim **superat** pro 'super'. Ita optime oratio restituitur. Pro mea coniectura pugnare videtur discrepantia codicum, quorum alii 'super', alii 'supra' exhibent. Denique persaepe, ut demonstravi, determinationes vocabulorum, quae nescio an compendio scriptae fuerint, in Curtii libris omittuntur. Cf. ed. Hedick. p. 247, 23 luxuria [luxuriat: Lauer. De verbo

[1]) in editione maiore: Kurze Übersicht über den Sprachgebrauch des Q. Curtius: § 53.

superandi cf. III. 12, 24. Varr. r. r. 1, 53: ne sumptus fructum superet. Plaut. Poen. 1. 2, 74: Non potest quaestus consistere, si eum sumptus superat.

III. 11, 15: Agitur de Persarum equitatu: *Equi pariter equitesque Persarum serie lamnarum ob id genus graves agmen quod celeritate maxime constat aegre moliebantur.* Primum quidem omnes editores offenderunt in verbis 'ob id genus', quae in sententiarum conexu supervacanea videntur. Multae igitur coniecturae loci sanandi causa factae sunt, quas, quia aut audacissime conceptae aut sententiarum contextui non adaptatae erant, recte reiecerunt Muetzellius et Zumptius, quorum adnot. in ed. ad h. l. adiectas quaeso inspicias, ne acta agere me necesse sit. Uterque vero illorum Freinsheimium sequitur, qui 'ob id genus' ex glossa ortum putavit atque delevit. Sed exstat altera difficultas, quae in verbis inest 'agmen quod celeritate maxime constat aegre moliebantur'. Zumptius agmen intellegit ipsum equitatum. Quis vero putet Curtium dixisse equos pariter equitesque equitatum molitos esse? Sana igitur sententia verba carent. Alias eorum explicationes affert Muetzellius, sed eas refutat. Ipse autem 'agmen' vitiose scriptum esse pro 'certamen' dicit. Atque mira audacia Fossius proposuit: serie lamnarum obtecti et ob id graves genus certamen (vel ob id graves certamen) quod etc.; postea maluit legi: serie lamnarum graves, id genus pugnae, quod etc., quam coniecturam Vogelius probavit atque recepit. Equidem arbitror omnes has virorum doctorum mutationes violentius factas esse quam ut placerent. Novakius[1] scripsit: serie lamnarum graves agmen ad id genus certaminis quod etc.; Meiser[2]: lamnarum (loricae id genus) graves agmen. Uterque refutatur a M. C. P. Schmidtio, qui vir optime cum Vogelio his temporibus de Curtii historiis meretur; dicit enim: „Sind die Reiter schon sparsi et incompositi, dann ist von einem moliri agmen kaum noch die Rede". Videor mihi omnes loci difficultates sustulisse haec scribendo: equi pariter equitesque Persarum serie lamnarum — **ob id genus tegmenti** (vel **tegminis**) grave agmen — quod celeritate maxime constat aegre moliebantur: quippe in circumagendis equis suis eos Thessali inulti occupaverant. Cf. III. 7, 1: Dareus celeritate, quantam capere tam grave agmen poterat, contendit. VIII. 12, 1: gravius agmen exercitus Coeno tradidit. — III. 3, 27. IV. 14, 16. VI. 6, 14. Ad eiusmodi interpositiones Curtii cf. IV. 10, 22: in conspectu erat nepos parvulus, ob id ipsum miserabilis, quod nondum sentiebat calamitatem. VIII. 14, 28: securibus — id namque genus auxilii praeparatum erat — pedes amputare coeperunt. IX. 4, 25. IV. 15, 11. IV. 15, 12, IV. 15, 13. multa alia.[3] Ceteroquin cf. VIII. 14, 16. VI. 5, 13. IX. 1, 16. — IV. 14, 3. IV. 16, 23. VIII. 14, 19. De verbo 'tegmenti' cf. IV. 9, 3: equitibus equisque tegumenta erant ex ferreis lamminis serie inter se conexis; Caes. b. c. III. 44, 7. III. 62, 1. III. 63, 7. Liv. I. 43, 2. IX. 19, 7. IX. 40, 3. Deinde 'tegmen' pro 'tegumentum' invenitur apud Livium notione loricae adhibitum: I. 20, 4. IV. 39, 3. V. 38, 8. Cf. Tacit. Ann. 2, 21. Vergil. Aen. VII. 666. De verbo moliendi cf. V. 7, 1. VII. 11, 13. V. 1, 35. IX. 6, 23. Verba 'quod celeritate maxime constat' ad ea, quae sequuntur, referenda sunt, ut sententia sit: eam rem, quae celeritate maxime constat, aegre moliebantur: quippe etc. Tegminis vel tegmenti vocabulo — incertum ob quam causam — omisso ex 'grave' exortum est 'graves', quia ad equos equitesque referebatur.

IV. 7, 29: Sermo est de oraculo Iovis Ammonii eiusque responsis. Traduntur enim haec: *Vera et salubri aestimatione fidem oraculi vana profecto responsa si videri potuissent.* Haec omnium fere codicum memoria ferri non potest, quoniam verbum deest, unde accusativus 'fidem' dependeat. Cod. Voss. II. exhibet: *vera et salubria extimatione.* Modii Coloniensis — incertum quam vere — habet: *vera et salubria aestimanti.* Itaque primus edidit Iunius: vere et salubriter aestimanti et ed. Bas. (1545): vera et salubri aestimatione fidem oraculi aestimanti. Sed utraque lectio memoriae codicum optimorum parum respondet. Deinde 'aestimatione aestimare aliquid' male dicitur. Aldus scripsit: vera et salubri aestimatione fides oraculi. Vana profecto responsa videri potuissent. Obscura sane haec est verborum constructio. Ceterum nusquam traditur 'fides', quamquam libri quidam deteriores Aldi exhibent 'fide' vel 'quidem', quae verba 'fidem' commendant. Jeepius proposuit: vera et salubri aestimatione fidem responsa eludere potuissent. Zumptius mavult pro 'eludere' scribi 'subvertere', Schuessler[4] 'discutere'. Sed tamen mutatio memoriae codicum cum audacia facta, explicatio vero ablativi 'vera et salubri aestimatione' difficillima est. Zumptius e coniectura audacissime edidit: vera et salubri aestimatione fides oraculi vana profecto ei

[1]) Bemerkungen zur Textkritik des Curtius Rufus. Listy filologické a paedagogické XI (1884) p. 12—21. 206—212. XII (1885) p. 387—389. [2]) Beiträge zur Textkritik des Geschichtschreibers Q. Curtius Rufus. 1887. [3]) A. Eussner in spec. crit. p. 9. [4]) l. l. p. 19. 20. 30.

videri potuisset. In extremo enim enuntiato libri optimi, ut supra dictum est, exhibent: *responsa si videri potuissent*, unus: *responsi videri potuissent.* Cod. Pal. I.[1]: *responsa sicut videri potuissent.* Denique M. col.: *responsa sicut erant videri potuissent.* Nec dubium est, quin hoc loco aliquid corrigendum sit. Omnes fere editores 'si' per dittographiam esse ortum rati deleverunt. Zumptius scripsit pro 'si' facile 'ei', quod me iudice rectum est. Persaepe enim in codicibus S cum E aliisque litteris confunditur. Deinde Fossius[2] eandem viam, quam ed. Bas. demonstravit, ingressus proponit: vera et salubri aestimatione fidem oraculi exigenti vana profecto responsa sicut erant videri potuissent; postea vocabula 'exigenti' praefert 'pensanti'. Itaque coniecit Vogelius sic esse scribendum: Vera et salubri aestimatione pensanti fidem oraculi vana profecto responsa ei videri potuissent. Sed quamquam et ipse eandem loci emendandi rationem atque Fossius et Vogelius, priusquam ad eorum editiones accessi, adhibui, tamen coniecturas eorum probare non possum, quia illo loco vocabulum 'pensanti' haud facile intercidere potuit. Novakius autem non solum 'pendens' post 'fidem' interposuit, sed etiam tres alias voces mutavit, cum scriberet 'sibi dari putavisset'. Denique M. Schmidtium[3] secutus Vogelius nunc scribi vult: Vera et salubri aestimanti ratione — ei videri potuissent. Neque tamen altero loco Curtii historiarum genus dicendi 'aestimare ratione aliquid' invenitur. Propterea nescio an melius scribatur: **Perpendenti** vera et salubri aestimatione fidem oraculi vana profecto responsa ei videri potuissent. Ita duobus dativis totum enuntiatum in periodum bene cogitur. Deinde cf. IV. 12, 21: fluctuari animo rex et modo suum modo Parmenionis consilium sera aestimatione perpendere; VIII. 2, 1: plerumque non futura, sed transacta perpendimus. Denique perfacile 'perpendenti' post 'respondent' codicum naturae ratione habita excidere potuisse concesseris.

V. 8, 14: Hoc loco Dareus militum animos confirmans cum alia tum haec dicit: *Si hic animus, si haec lex, nulli non parta libertas est.* Hanc codicum memoriam omnes fere editores receperunt, quamquam in enuntiato secundario verbum detractum est. Ego vero talem detractionem verbi, in quo quin magnum sententiae momentum positum sit non dubium est, esse Curtianam nego. Cf. I. 5, 13: si quid opis, si quid artis in medicis est, sciant etc.[4] Propterea natura archetypi cognita Muetzellio assentior, qui dicit: „Wahrscheinlich ist nach diesen Worten (si — lex) ein Wort ausgefallen." Hedickius igitur Muetzellium, qui id quoque putavit, verbum illud propter voces 'nulli non', quae sequerentur, tamquam glossam intercidisse secutus scripsit: si hic animus omnibus est, si haec lex etc. At vocabulum 'omnibus' languidum putaveris, quia propter 'nulli non' supervacaneum est. Propterea equidem scribo: Si hic animus **est,** si haec lex, nulli non parta libertas est.

V. 9, 10: Narratur de Nabarzanis Bessique Darei trucidandi consilio. Quod cum Dareus sensisset, in Nabarzanem severe eum invectum esse Curtius narrat dicitque haec secundum codicum optimorum memoriam: *strictoque acinace interfecturus eum videbatur, ni propere Bessus Bactrianique deprecarentur tristium specie, ceterum si perseveraret, vincturi circumstetissent.* Cod. Pal. I. exhibet *tristem spem*, quod falsum esse manifestum est. Cod. Theocrenianus habet: *quum deprecarentur*, quae mutatio ex librarii coniectura orta languide sententiarum contextui respondet. Snakenburgius proposuit: deprecantium pristina specie, quae voce 'pristina' omissa probavit Zumptius. Aldus, Modius, Freinsheimius deleverunt 'deprecarentur'. Sed omnes hi viri docti longius a memoria codicum optimorum recesserunt. Muetzellius scribendum esse coniecit: qui deprecarentur, quod non probatum est, quia in coniunctivo offenditur. Denique Jeepius legi vult: quasi deprecarentur, quem secuti sunt omnes posteri. Sed equidem cum Vogelio, ne verba 'quasi deprecarentur' praeoccupent ea, quae sunt 'tristium specie', ut eadem bis dicantur, maxime timeo. Propterea nescio an melius ac facilius scribas: ni propere Bessus Bactrianique, **ut** deprecarentur, tristium specie, ceterum, si perseveraret, vincturi circumstetissent. Verba 'ut deprecarentur' respondent participio 'vincturi'; de eiusmodi genere dicendi cf. IV. 12, 18. VII. 2, 21. VIII. 6, 20. IX. 2, 1. IX. 7, 1. De verbo precandi cf. V. 3, 11. VII. 2, 7. IX. 1, 20.

V. 13, 1: Hic sermo est de Alexandro, qui in Mediam progressus Dareum movisse ab Ecbatanis audivit. Memoria codicum haec est: *omisso itinere quod petebat in Mediam fugientem insequi pergit strenue.* Locus sane corruptus est. Neque enim cum sequentibus neque cum antecedentibus verbis 'in Mediam' coniungi potest. Nam et Dareus quoniam Ecbatanis fuerat, ex Media, non in Mediam fugere neque Alexander iter in Mediam omittere potuit, quia iam dudum in Media versatus

[1]) olim Heinsii. [2]) cf. praef. ed. rec. Lips. a. 164. p. IX. [3]) in annalibus societatis philolog. a. 1882 p. 258. Nec tamen intellego, quomodo 'aestimanti rationi' cum ceteris coniungat. [4]) Cf. Fossii quaest. Curt. p. 31. 32.

haud procul Ecbatanis erat. Glareanus igitur scripsit: omisso itinere, quo petebat Mediam Scheffer: omisso itinere, quo petebat, in Mediam ita, ut 'omisso itinere' cum ‚in Mediam' coniungat; Freinsheimius: omisso itinere quod parabat in Mediam. Palmerius, quem nonnulli editores secuti sunt, proposuit: quod patebat in Mediam. Sed omnibus his lectionibus illa difficultas, quam supra memoravi, non tollitur. Atque causa, quam Zumptius ad coniecturam Palmerii firmandam attulit, longius petita videtur. Dicit enim: „Ceterum aliquam Mediae partem non attigit Alexander eamque Curtius quoque videtur cogitare, cum scriberet omissam esse Mediam". Nec codices tradunt 'omissa Media', sed 'omisso itinere — in Mediam'. Vogelius audacius 'in Mediam' non demonstrans, unde exorta essent verba, delevit. Itaque liceat mihi locum sic emendare: omisso itinere quod petebat, in **mediam Asiam** fugientem insequi pergit strenue. Mea coniectura difficultates illas tollit atque eo commendatur, quod ex iis, quae sequuntur, Dareum Bactra petere i. e. per media Asiae ad ultima fugere instituisse apparet. Cf. VII. 7, 4: ultima Asiae, quae Bactra sunt, stringit (sc. Ister). Deinde facile post 'mediam' excidere potuit 'Asiam'. Ad verba denique 'omisso itinere quod petebat' conferamus IV. 2, 1: ad itinera, quae hostis petiturus erat, — praemisit. Liv. 44, 2: quod iter petiturus esset, ignarus. Cic. Planc. 40, 96: iter a Tibone Brundisium terra petere contendi.

VI. 6, 36: Artacoanis captis Alexander iter continuat, postquam novorum militum supplementum recepit. Curtius enim secundum opt. codd. narrat: *Hac manu adiecta Drancas bellicosa natio est.* Mer., Ald., Mod. post 'Drancas' interpolarunt cum audacia 'pervenit'. Ceterum Mer. et Ald. pro 'Drancas' scripserunt 'Dracas'. Sed recte Iunius pro 'Drancas' proposuit 'Drangas'[1]. Tum Hedickius locum lacunosum sanare conatus ante 'Drangas' interposuit 'adit'. Sed multo facilius ante 'bellicosa' intercidere potuisse 'petit' ratus velim legas: Hac manu adiecta Drangas **petit**. De verbo petendi cf. III. 1, 24. III. 12, 27. VIII. 3, 1. VIII. 4, 20.

VII. 8, 22: Scytha quidam apud Alexandrum verba facit Scythasque invictos esse affirmans cum alia tum haec secundum codicum memoriam dicit: *Transi modo Tanaim: scies quam late pateat nunquam tamen consequeris Scythas.* Sed quid pateat incertum est, quia de Tanai cogitari non potest. Freinsheimius explicat: „si transeas Tanaim, videbis quidem, quantum terrarum occupent Scythae: nunquam tamen, si ipsi nolint, eos consequeris aut reperies"; Muetzellius: „Komm nur über den Fluss, — dann wirst Du bald erfahren, — welch ausgedehntes Land Du durch einen Zug unterjochen zu können geglaubt hast". Modius pro 'pateat' scripsit 'pateant', ut Scythae intellegantur, quam mutationem omnes fere editores comprobant. Attamen nominativus, qui subaudiendus est, oratione haud facile in accusativum transit, cuius dicendi generis Naegelsbachius[2] alterum exemplum afferre nequivit. Deinde latine non dicitur: homines patere. Propterea assentior Acidalio locum esse lacunosum rato: „οἴχονται, quod vereor, aliquot voces". Sed audacissime atque, quia, quae sequuntur, praeoccupat, languide sic lacunam supplet: scies quam late pateat fuga. Insequere, nunquam tamen consequeris Scythas. Equidem autem scribi volo: scies quam late **pateant terrae** (vel **pateat terra**), nunquam tamen consequeris Scythas. Haec coniectura etiam explicationibus illis Freinsheimii et Muetzellii commendatur, qui, quamquam 'pateant' scripserant, in iis tamen notionem terrarum desideraverunt. Ceterum cf. Caes. b. g. VIII. 9: valle late patente. I. 2. — De vocabulo terrarum vel terrae cf. IV. 4, 20. IV. 5, 1. IV. 10, 3. IV. 14, 11. V. 1, 14. VII. 4, 26. VIII. 2, 14.

VIII. 4, 15: Pro verbis: *Forte Macedo gregarius miles seque et arma sustentans tamen in castra venerat* scripsi olim:[3] 'Forte Macedo gregarius miles **male** seque et arma sustentans tamen in castra pervenerat' atque etiam nunc amplector.

VIII. 8, 13: Hermolao Callisthenem, qui Alexandrum more Persarum usurum improbaverat, defendenti rex respondet cum alia tum haec secundum codicum memoriam: *Veruntamen eorum in Macedonas transfundo.* Alanus conatur codd. memoriam servare atque vix Curtii dicendi generi accomodate explicat nudum genetivum 'eorum' quasi adiective poni pro eis rebus, quae sint eorum. Locum sane esse lacunosum constat; vocabulum enim deest, unde 'eorum' dependeat, ut appareat, quid Alexander in Macedonas transfundat. Propterea codices interpolati e coniectura librarii cuiusdam traditum habent: Verumtamen eorum mores in Macedonas transfundo. Equidem velim

[1]) Cf. Diodor. 17. 78. Arrian. 3, 25. 8. Strab. 15, 724 (1054 e.) Plin. VI. c. 17 et 13. [2]) in Lat. Stilistik für Deutsche. Nürnberg 1852. p. 244. [3]) cf. comment. philolog. in honorem A. Reifferscheidii script. a discipulis pientissimis Vratislav. 1884 p. 38. 39.

scribatur: Verumtamen eorum **morem** in Macedonas transfundo. — Ita enim multo melius rationi palaeographicae respondetur. De singulari huius vocabuli ita adhibito cf. VI. 2, 2: omnia in externum lapsa morem. VI. 2, 8. VI. 9, 36. VII. 1, 31. VIII. 7, 12. X. 4, 1.

VIII. 14, 10: Agitur de Indorum et Macedonum insigni atque cruenta pugna. Porus *ut dissipatos tota acie currus vagari sine rectoribus vidit, proximis amicorum distribuit elephantos. Post eos posuerat peditem ac sagittarios tympana pulsare solitos.* Ad hunc locum annotat Zumptius: „Post sagittarios non potui non cum Bern. B, Voss. II., Flor. E auctore Scheffero inserere 'et'. Nam sagittarii certe simul non poterant tympana pulsare, quibus tota acies ad virtutem incitabatur." Scheffer enim scripsit: ac tympana pulsare solitos. Ego vero scribendum esse censeo: **tum** tympana pulsare solitos. Facillime ante 'tympana' a librario omitti potuit 'tum'. Cf. III. 3, 24.

IX. 2, 20: Hoc loco Alexander ad milites cum alia tum haec secundum codicum optimorum memoriam contionatur: *Quid autem interest, totidem sint* (sc. elephanti), *quot Porus habuit, an III milia cum uno aut altero vulneratis ceteros in fugam declinari?* Iunius locum lacunosum sic sanare conatus est: cum uno aut altero vulneratis ceteros in fugam declinari videamus. Nescio an melius scribas: cum uno aut altero vulneratis **cernatis**[1] ceteros in fugam declinari. Alteram enim personam verbi suo loco, si totam orationem perlegeris, putabis esse; deinde vocabulo cernendi Curtius delectatur; cf. III. 5, 11. III. 13, 11. IV. 1, 22. IV. 2, 16. V. 1, 7. V. 5, 6. V. 13, 22. VIII. 2, 24. VIII. 10, 8. VIII. 10, 32. VIII. 13, 16. IX. 4, 32. IX. 9, 10. X. 5, 12. Denique illo loco facile 'cernatis' propter litterarum similitudinem omitti potuit.

IX. 2, 28: Haec verba, quae Alexandrum ad milites dixisse Curtius narrat, traduntur: *perque et mea in vos et in me vestra merita, quibus invicti contendimus, oro quaesoque.* Vogelius explicat: „invicti = unverdrossen, einander überbietend." Equidem vocabulo illi hanc vim recte tribui persuadere mihi non possum. Propterea assentior Heinsio et Eberhardio, qui hoc loco vocabulum 'invicem' desideraverunt. Atque horum secutus auctoritatem Hedickius scripsit: quibus invicem contendimus. Quidni scribamus: quibus **invicti invicem** contendimus? Cf. IV. 9, 20: invicem luctantium mutuus clamor. VI. 1, 10: clamore invicem suos accendebant. III. 8, 8. IV. 4, 7. IV. 5, 9. IV. 14, 17. IV. 14, 21. VI. 7, 19. VII. 6, 9. VII. 7, 32. VIII. 3, 14. VIII. 5, 21. VIII. 7, 6. VIII. 13, 2. IX. 9, 16. X. 5, 16. X. 8, 9.[2]

IX. 5, 25: Alexander, dum oppidum Sudracarum obsidet, graviter vulneratus ex summo periculo a suis aegre eripitur. Curtius secundum codicum memoriam haec dicit: *Critobulus inter medicos artis eximiae sed in tanto periculo territus amovere metuebat ne in ipsius caput parum prosperae curationis recideret eventus.* Cod. Parisinus pro 'amovere' exhibet 'admovere'. Zumptius solus verbum amovendi servans scribendum proposuit: ferrum amovere, quod olim, antequam ad editionem eius accessi, ego et ipse inveni. Sed constat cod. Par. optimum ac vetustissimum ceteris esse praeferendum. Codices enim litteram 'd' persaepe omissam, raro autem aliquo insertam praebent. Cf. Hed. ed. p. 241, 6 A: amissurus [admissurus: Lauer. 195, 19 P: avertere [advertere. 215, 3 P: amitteret [admitteret. Apparet memoria cod. P. servata non liquere, quid Critobulus admovere metuerit. Modius igitur edidit 'admoveri' obscure ac parum latine. Heinsius languide scripsit: se admovere, tum violenter: artem admovere; Iunius vero haud facile: manus admovere. Nescio an melius scribendum sit: **eam** admovere metuebat i. e. artem eximiam. 'eam' intercidit ante 'admovere' vel 'amovere'. Cf. Hed. ed. p. 224, 30 in am [in eam: Modius; 250, 12 suppressae et amoderata [suppressae tam moderata: Hedickius. Ceterum cf. V. 12, 16. VI. 2, 19. IV. 3, 24. IX. 4, 13.

IX. 6, 21: Alexander nondum satis curato vulnere barbaris ipsum periisse opinatis se ostendit amicisque rogantibus, ut saluti suae publicaeque parceret, cum alia tum haec generose respondet: *Victor utriusque regionis post nonum regni mei, post vicesimum atque octavum annum, videorne vobis in excolenda gloria, cui me uni devovi, posse cessari?* Interpolati vero codices exhibent ante 'annum' vocem 'aetatis'. Ac sane deest huius notionis vocabulum. Ego autem pro 'aetatis' inseri volo **aevi**, quod facilius a librariis omitti potuit. De voce 'aevi' ita adhibita cf. Aur. Vict. epit. c. XLV. 8: (Valentinianus) anno aevi quinto et quinquagesimo exspiravit. XLII. 17: (Constantius) interiit anno aevi quarto et quadragesimo, imperii nono atque tricesimo. XLI. 23: (Constans) interficitur anno tertio decimo Augustae dominationis, aevi septimo vicesimoque. Cic. Tusc. II. 21, 49. Plin. paneg. 78, 2. Horat. ep. I. 20, 26. Val. Flacc. 7, 338. Lucr. 5, 1430. 1439.

[1]) Vogelius hoc loco interpolavit 'videamus'. [2]) Cf. Vog. in ed. maiore: Kurze Übersicht über den Sprachgebrauch des Q. Curtius § 62.

Nunc iam in natura codicum explicanda pergamus. Neque enim raro fit, ut in eis duo deinceps complurave verba omittantur. Conferamus:

A: 24, 35 Darei satrapam [opperiri se] comperisset: Eussner. 26, 16 fuit tantae cladis [expers. Item capti sunt] Lacedaemonii: Vogelius. 43, 37 cum undique telis [peteretur, ad postremum exhaustis viribus vivus in potestatem hostium pervenit.] Quo adducto: Freinsheimius. 78, 33 admonens [Tauronem mox auxilium esse laturum]. Inter haec eminus petebatur: Hedickius. 89, 31 condonare [possit nec] hoc: Iunius. 93, 38 [equidem fato crediderim] nexuque: Vogelius. 96, 33 utpote [qui nihil] praecaveret: Vindelinus. 105, 16 sena milia [dederat: iam] ipsis: Hedickius. 108, 32 secutum [quae opus fuisset quam] quae optasset: Vogelius. 120, 15 modo inquirebat [rex iudicabat] exercitus: Hedickius. 139, 13 peditum [eo misit quos] DC equites sequebantur: Vogelius. 141, 36 periculum [creent: Bessus eum intrepidum dicere iussit] poculum: Halmius. 177, 37 sit [a victis] discere: Freinsheimius. 182, 20 ipse [audivi, sed ut vos] audiretis: Muetzellius. 188, 1 cf. Hedickium. 192, 2 improvidi [petebant, tenente]. At: Jeepius. 235, 16 regibus [sunt reges] inter: I.

C: 158, 21 nocte [in castra] redierunt.

Sed liceat mihi nonnulla exempla ex Parisino, Leidensi, Bernensi afferre, quorum vitia eiusmodi consensu ceterorum codicum emendantur. Simul cognosces lacunas saepe propter verborum similitudinem, quoniam librariorum oculi ab altero ad alterum aberraverint, exstitisse.

P: 13, 29 plerumque [in re] militari. 133, 20 odimus [infestas admovemus] manus. 185, 9 modo [uti Nilus] sed. 192, 34 milites [capere et] equites. 209, 34 finisse [sed mutasse] bellum. 209, 12 cetera incolis crediderant [inter quae rubrum mare non a colore undarum ut plerique crederent] sed ab Erythro rege appellari. 246, 16 regem [pro se] reliquisset.

L: 14, 6 sero [se perire] si.

B: 33, 13 in urbem [intrare se visum. Inter haec caduceatores interfectos, gentium iura violata referebat: unam esse urbem] quae. 55, 35 Quae post Euphraten sunt [liberaliter donat. Ubi igitur me adeatis, obliti estis: nempe ultra Euphraten sum.] Liberalitatem —

Eiusmodi lacunarum ratione habita hos locos mihi sanare videor:

III. 11, 20: In pugna apud Issum commissa ingens praeda facta est. Legimus enim haec apud Curtium: *cumque plus raperent passim strata erant itinera vilioribus sarcinis quas in comparatione meliorum avaritia contempserat.* Locum esse lacunosum recte cognovit Hedickius. Neque enim, quod Macedones plus, at certe quod plus aequo rapuerant, passim strata erant itinera sarcinis. Hedickius igitur scripsit: Cumque plus raperent [quam capere possent] passim etc. Fortasse facilius locus sanatur scribendo: cumque plus raperent, **quam par erat,** passim etc. Propter similitudinem litterarum librarii oculi aberrarunt, ut verba 'quam par erat' omitterentur. Cf. III. 2, 1: haud secus, quam par erat, motus. VI. 2, 18. VI. 6, 33. VII. 6, 19. VIII. 11, 17. X. 5, 33.

III. 13, 3: Parmenio Damascum, ubi regis gaza erat, missus in itinere Mardum natione intercipit, qui ei epistulam ad Alexandrum a praefecto urbis scriptam tradit. Curtius secundum optimos codices refert: *Parmenio asservari eo iusso litteras aperit: in quis erat scriptum ut mature Alexander aliquem ex ducibus suis mitteret cum manu exigua cumque rex penes ipsum reliquisset.* Codices deteriores pro 'ipsum' tradunt 'eum', pro 'penes' codd. Bong., Flor., Leid., Voss. I., II. vitiose 'tenens'; tres priores etiam 'itaque', quod illa verba sequitur, omittunt.[1] Nonnulli editores eadem audacia verba 'cumque rex penes ipsum reliquisset' tollunt, qua post 'itaque' voces 're cognita', quae in margine codicis Flor. E leguntur, intericiunt. Recte Zumptius hoc loco lacunam statuendam esse censet, quam sic explere conatur: cum exigua manu [cui traderet quae-] cunque. Ceteri Zumptium secuti sunt, Fossius quoque, qui in epistula p. 15 ingressum se esse viam falsam professus est. Ego vero loci Curt. hist. VIII. 4, 32, qui audit: 'Satrapes etiam eum, qui penes ipsum relinquebatur, 'tradit' ratione habita scribere malo: „**cui, quae** rex penes ipsum reliquisset [**traditurus esset**]. Librarius enim ab extrema voce 'reliquisset' ad 'esset' aberravit. Ceterum mutationem 'cui quae' in 'cunque' facile factam esse codicum natura cognita concesseris.

V. 9, 8: Hic Nabarzanes oratione Dareum, ut auspicium et imperium alii tradat, adhortans dicit: *Proinde si Bactra quod tutissimum receptaculum est petimus praefectum regionis eius Bessum regem temporis gratia compositis iusto regi tibi fiduciarium restituet imperium.* Inter verba 'gratia'

[1]) secundum veteres editiones.

et 'compositis' lacuna exstat in optimis codicibus, quae in interpolatis e coniectura sane sic expleta est: gratia [statuamus. Rebus] compositis. Sed Curtius dicendi genere, quod est 'regem statui', non utitur. Immo vero dubito an non alii scriptores. Propterea scribendum esse puto: regem temporis gratia [**constituamus**. Rebus] compositis. Oculi librarii facilius a 'constituamus' quam a 'statuamus' ad 'compositis', quippe cum verba compendiis scripta fuerint, transire potuerunt. Tum semper apud Curtium legimus 'constitui aliquem'. Cf. IV. 1, 16. VII. 3, 1. Ad 'rebus compositis' vid. III. 1, 1. IV. 7, 5. Eussneri vero sententiam, ut hanc quoque afferam, qui locum sic sanandum proposuit: praefectus regionis eius Bessus regni temporis gratia compos sit: iusto etc. cave probaveris, quia quattuor locis codicum memoria mutata verba tamen 'compositis rebus', quae sententiarum conexui necessaria sunt, desiderantur.

V. 13, 3: Alexander Dareum, cui Bessus et Nabarzanes insidiabantur, persequens Tabis in oppido Paraetacenae ultimae eum praecipitem Bactra petere comperit a transfugis, certiora audit ex Bagistane Babylonio. Exhibentur deinde codicum memoria haec: *equidem vinctum regem, sed in periculo esse aut mortis aut vinculorum adfirmabat.* Codices interpolati ante 'equidem' e coniectura cuiusdam praebent 'non'. Negatione enim sententiae opus esse constat. Sed tamen oratio certe abrupta atque abscisa, cuius rei causa nulla est, videtur manere.[1] Locum igitur sic sanandum propono: Certiora deinde cognoscit ex Bagistane Babylonio, **qui** non equidem vinctum regem — adfirmabat. Ita optime oratio evadit. 'qui non' haud minus facile quam 'non' intercidere potuit propter vocabulum 'equidem', quod sequitur. Denique cf. enuntiatum in eandem fere periodum coactum in lib. V. 4, 4: inter quos erat quidam Graecae Persicaeque linguae peritus, qui frustra eum in Persidem montium dorso exercitum ducere adfirmat.

VII. 6, 19: Hoc loco lacunam exstare optime cognoveris ex iis, quae attulerunt Snakenburgius, Muetzellius, Zumptius. Freinsheimius interiecit haec: itaque Meleagrum et Perdiccam in obsidione[2] [eius relinquit: ipse cum reliquis profectus Crateri quoque copias suis] iungit Cyropolim, ut ante dictum est, obsidenti. Quo supplemento repudiato Muetzellius parum proficit, qui proponit: Itaque M. et P. in obsidionem iungit, ipse, quanta maxima celeritate potuit, ad Craterum festinat, Cyropolim, ut ante dictum est, obsidentem. Zumptius vero, quem ceteri secuti sunt, recte illa languida supplementa repudiat lacunamque multo simplicius sic explet: Itaque M. et P. in obsidionem iungit. [Ipse proficiscitur ad Craterum] Cyropolim, ut ante dictum est, obsidentem. Sed tamen 'iungere in obsidionem' vix Curtianum est. Priusquam vero meam coniecturam profero, evolvas quaeso hos locos: VI. 6, 25: in quorum obsidione Cratero relicto ipse Satibarzanem sequi festinat; VIII. 10, 22: superato deinde Choaspe amne Coenon in obsidione urbis opulentae — Beiram incolae vocant — reliquit: ipse ad Mazagas venit. Itaque haec scribenda propono: in obsidione **[relinquit: ipse se Cratero]** iungit Cyropolim, ut ante dictum est, obsidenti.“ De verbo iungendi sic adhibito cf. IV. 13, 26. IV. 2, 8. IV. 12, 7. De 'obsidenti' lege apud Schefferum, qui illud facillime in 'obsidentes' corrumpi potuisse ostendit.

VII. 9, 14: Scythis devictis Alexander milites fugientium tergis inhaerere iussit. Deinde pergit Curtius: *ipse exhaustis etiam animi viribus in castra se recepit reliquum substitit.* Haec est codicum memoria. Sed 'reliquum substitit' sententia sana caret. Nam 'reliquum' pro 'per reliquum tempus' dici nequit, quia Alexander iam postero die iter facere pergit. Ceterum illa verba de eodem die dicta nimis obscura sunt. Ideo Freinsheimius memoria codicum neglecta languide scripsit: 'ibique substitit'. Alexandrum enim, si in castra se receperit, ibi substitisse per se apparet. Fossius[3] ex itinere proposuit: reliquum diei acquieturus. Interea agmen persequentium non substitit, sed scribi maluit: se recepit. Reliquum agmen non substitit: transierant etc. Sed in utraque lectione enuntiatum alterum 'agmen persequentium' vel 'reliquum agmen non substitit' prorsus supervacaneum ac languidum putamus. Ego vero illo Fossii conamine adductus iudicioque viri illustrissimi doctissimique M. Hertzii, cuius auspiciis exercitationibus seminarii regii philologorum Vratislaviensis per duo semestria, quo tempore Curtii historiis studere coepi, gratissimo animo interfui, ante 'reliquum' lacunam nonnullorum vocabulorum statuendam esse censeo, quam sic expleo: in castra se recepit **reditumque suorum exspectans diei** reliquum substitit. Verisimile enim est librarium a verbis

[1]) Cf. Eussnerum in spec. crit. p. 13. — Hedickium in spec. quaest. Curt. p. 29. — Krahium, Curtius als Schullektüre. I. Insterburg 1870. p. 3—5. [2]) traditum est 'obsidionem'. [3]) in ep. ad Muetz. p. 35.

'reditumque suorum' ad 'reliquum substitit' propter litterarum similitudinem aberrasse. Cfr. ad h. l. IX. 10, 2. IV. 13, 16: reliquum noctis adquieturus in tabernaculum rediit. VI. 5, 32: acrior ad Venerem feminae cupido quam regis, ut paucos dies subsisteret, perpulit. — V. 2, 1. —

VII. 9, 20: Sacarum legatis, qui gentem imperata facturam pollicebantur, exceptis ac benigne dimissis ad Maracanda urbem Sogdianae Alexander iter facit. Legimus igitur: *Ipse Cratero cum maiore parte exercitus modicis itineribus sequi iusso ad Maracantam* (Parisinus: *Maracanta) urbem in qua Spitamenes comperto eius adventu Bactra perfugerat.* Haec codicibus traduntur. Recte Freinsheimius 'Maracanta' vel 'Maracantam' in Maracanda' mutavit. Ceterum locus est lacunosus, quoniam verbum sententiae principalis quod finitum vocatur deest. Propterea in codicibus I. 'in' mutatum in 'ex' et 'pervenit' vel 'contendit' modo post 'urbem' modo post 'perfugerat' interpositum est. Sed vel ex eo, quod codicum I. memoria fluctuat, cognosci potest eos nihil aliud tradere nisi coniecturas, quas hoc loco improbo. Nihilominus omnes fere editores scripserunt: ad Maracanda urbem contendit, ex qua — Spitamenes — perfugerat. Equidem vero puto post 'in qua', quod non temere in 'ex qua' mutandum est, intercidisse nonnulla verba. Itaque sic scribi volo: Ipse — ad Maracanda urbem, in qua Spitamenes **regnabat, contendit. Hic tamen** comperto eius adventu Bactra perfugerat." Librarii oculi a voce 'Spitamenes' nescio an aberraverint ad 'Hic tamen', praesertim cum verba compendiis scripta fuerint.[1] De re ipsa cf. VII. 6, 24—27. VII. 7, 31—39. De verbo regnandi sic adhibito cf. V. 8, 9: Proditores et transfugae in urbibus meis regnant. IV. 1, 16.

Neque vero, ut, unde discessi, redeam, complura verba, sed etiam paragraphi vel capita in Curtii libris omittuntur.

A: 231, 33. — 232, 1. — 236, 13—16. — 236, 28—241, 1. — 98, 1—99, 7. — 100, 1—102, 1.

Praeterea in singulis codicibus satis magnae lacunae, quae in ceteris non inveniuntur, exstant:

P: 233, 18—241, 22 (castris — intra). — 249, 31 desinit codex P.

L: desinit verbo 'esse' 253, 25.

V: propter chartas discissas imprimis est lacunosus:
6, 26—7, 6 (non duces — vociferantem). — 8, 3—18 (autem — muliebriter). — 53, 40—55, 12 (adfirmare — multi vincti). 55, 15—56, 25 (permutet — tius. Igitur). 88, 18—35 (reges — verat, sed). — 253, 14 verbo 'eum' desinit.

F: incipit a verbis 'vix gladio' lib. III. 10, 6.

Denique moneo intercidisse duos libros priores. Sed et hi et paragraphi capitaque, quae in omnibus codicibus desunt, quoniam adversa fortuna nobis erepta sunt, non ingenio hominum tam quam illa eadem propitia restitui possunt. Quodsi Freinsheimius lacunas has magnas explevit, sua verba, quamquam scriptorem ingeniose imitari conatus est, non Curtiana attulit.[2]

2: Sequitur, ut demonstremus omissis litteris vel syllabis vel vocabulis ea, quae restabant, a librariis ita corrupta esse, ut vel antecedentibus aut sequentibus coniuncta vel, ut erant, cum aliis vocabulis commutarentur. Exempla ciusmodi vitiorum, quae sescenta sunt, nonnulla afferam allatisque ea, quae ingeniose a viris doctis excogitata sunt, uncis inclusa adiciam:

A: 8, 24 alterinalterutrum belli [alterum Nini alterum Beli: Scaliger. 10, 38 exceperat |esse coeperat: Orellius. 14, 10 praemiserat |praemissus erat: Hedickius. 19, 17 dedita eis [deditis. Ab his: Zumptius. 26, 24 sepulturae |di seri saepe ultores: Fossius. 32, 1 demissos [demissi suos: Orellius. 36, 38 corpusque [corpus usque: Acidalius. 39, 15 fore |offerre: Jeepius. — 40, 12 iter facturus [interfuturus: Modius. 41, 29 perquam |praetorem quam: Gronovius. 43, 33 quaducto [quo adducto: Freinsheimius. 75, 29 ismilitum; B: similitum [iis militum: Zumptius. 76, 1 trium [ceteri: Zumptius. 78, 34 decederet |inde cederet: I. 86, 33 quae |atque: Lauer. 91, 2 renovandas |res novandas: Jeepius. 94, 17 arguenti |purganti: Iunius. 103, 23 eius achas eteli |sociis, Achaei et Elei: Zumptius. 106, 29 sogdianidae |Sogdiani, Dahae: Freinsheimius. 117, 28 perconperta |operiri conperta: Jeepius. 125 33. — 129, 36. — 132, 10 simannam |Simmiam; nam: Freinsheimius. 151, 1 delete [deleta ea: Hedickius. 154, 1 iussum |iussit eum: Muetzellius. 170, 8 obsunt |obscura sunt: Vindelinus. 173, 10. — 185, 4 — 190, 21 obpreesset: C, obpraeresset: P |operae esset: Zumptius. 194, 8 samaxusque |Samaxus quoque: Hedickius. 196, 2. — 208, 34. — 217, 12. — 225, 27. — 242, 27. — 244, 39 nominique [exanimi quoque: Jeepius. 247, 2. — 250, 12.

T: 62, 26 postergum |post tergum. 248, 10 sequi: LV, sequi qui: P [sed, qui.

D: 37, 28 prime [prima e. — 235, 39 praestantiore |praestantior est.

C: 19, 5 victoriaperiri |victoria aperiri. 26, 17 ethropides; L: thropides [et Dropides: Zumptius. 106, 31. — 143, 26 indie |interdiu. 144, 32 barbarici optimum |barbari caput, opimum: Zumptius. 157, 23. — 231, 25.

P: 4, 32 nenomen [ne in omen. — 13, 17 percipotuit |percipi potuit. 47, 26 quaegypto [quae Aegypto. 106, 31. — 137, 31 quid |qui ad. — 150, 32 agro [a Cyro. 189, 12. — 190, 10 amplius [quidam plus. — 208, 28. — **212, 26** subinde |subit inde. 219, 35 indigentem |Indiae gentem. — 222, 27. — 229, 23. — 243, 27 eadem erat |ea dempserat.

In eiusdem igitur generis lacunis vitia horum locorum posita esse arbitror:

III. 11, 8: Curtius pugnam apud Issum referens dicit de Oxathre Darei fratre haec: *armis et robore corporis multum super ceteros eminens, animo vero et pietate in paucissimis.* Voss. II. omisit 'in paucissimis'. Offendo in vocibus 'in paucissimis'. Post eas quidem participium 'eminens', quod antecedit, animo fingi solet. Sed ita **'eminens'** modo proprie modo translative adhibitum an non Curtianum sit nescio. Tum in eiusmodi enuntiatis Curtius non superlativo qui nominatur gradu, sed positivo utitur. Propterea locis nisus, qui sunt IV. 34, 7: Hector in paucis Alexandro carus; VI. 29, 2: erat Craterus regi carus in paucis; Plin. N. H. 30, 1, 1: in paucis digna res est, de qua plura dicantur;[1] — Vogelius scripsit: in paucis insignis. Postea autem in editione maiore a. 1885 codicum memoria servata dixit: „zur Beruhigung der konservativen Kritiker gegen bessere Überzeugung. Der Sprachgebrauch des C. u. ält. Plinius spricht entschieden für paucis." Ego et ipse locum sanum esse negans haec scribenda esse puto: in **paucis eximius.** Verba enim 'paucis eximius' conpendiose scripta duabus tribusve litteris omissis ita commiscri potuerunt, ut 'paucissimis' exortum sit. 'eximius' est vocabulum Curtianum; cf. IV. 10, 24. VII. 10, 4. VIII. 9, 5. VIII. 13, 5 multosque alios locos. Plin. VII. 12, 10: eximios forma pueros vendidit. Verg. Georg. 4, 538.

IX. 3, 19: Alexander, quod milites militiam detractabant, iratus in regiam se recepit, omnibus praeter adsuetos adire prohibitis. Deinde **pergit** Curtius secundum optimos codices narrare: *Tertio die processit e regia qui duodecim aras ex quadrato saxo, monumentum expeditionis suae, munimenta quoque castrorum iussit extendi.* Locus sane est corruptus. Pronomen enim relativum 'qui' ferri non potest, deinde accusativus 'aras' infinitivo caret. Propterea scripsit Iunius: Tertio die processit erigique duodecim aras etc. Sed tamen librorum naturae, quam supra exposui, ratione habita scribenti mihi assentieris: Tertio die processit **e regia erigique** duodecim aras — extendi iussit. Multo facilius 'erigi' post 'e regia' intercidere quam in 'e regia' corrumpi potuit.

X. 1, 42: Narratur, quantopere Alexander sub finem vitae a se degeneraverit. Codices tradunt haec: *ad ultimum traiectum a semetipso degeneravit ut in quondam* (FV: *quoddam*; BL: *quodam) adversus libidinem animi arbitrio scorti aliis regna daret aliis adimeret vitam.* Locum esse vitiosum apud omnes constat. Optime Zumptius pro 'in quondam' scripsit 'invictus quondam'. Prius vero enuntiatum Aldus sic restituere conatus est: ad ultimum traiectus a semetipso degeneravit. Sed haec sententia obscura est, quia participium 'traiectus' supervacaneum est atque sic adhibitum Curtii linguae usui repugnat. Iunius audacius proposuit: ad ultimum a semetipso degeneravit neque adeo ut adversus libidines etc. Nec ceterae coniecturae aut ad codicum memoriam prope accedunt aut Curtii latinitati respondent. Ita Zumptius in priore editione scripsit: ad ultimum tamen ita a semetipso, in altera: ad ultimum vero ita tum a semetipso; Heinsius: ad ultimum ita abiectus a semetipso degeneravit, ut iniqui idem transversus libidine animi; Fossius antea in ep. ad Muetz.: ad ultimum tractus (fortuna) ab semetipso degeneravit usque adeo ut, postea: ad ultimum vitae tamen ita a semetipso vel pro 'traiectum' 'contra tantum'; Vogelius: ad ultimum ita a semetipso degeneravit; denique Novakius: ad ultimum vitae tractum ab semetipso [sic] degeneravit. Ego sic restituendum propono locum: „ad ultimum **natura eius tantum** a semetipsa degeneravit." Syllaba enim ‚na' omissa cetera compendiose scripta in 'traiectum' abierunt. Cf. eiusdem generis vitia cum alia tum

[1]) Cf. Hedickii ed. p. 150,6 'spitamen' pro 'Spitamenen'. [2]) Cf. Krahium l. l. p. 17.

[1]) Cf. Muetzellium ad h. l.

haec: A. 39, 15. — 76, 1. — 129, 36. — P. 190, 10, quae supra attuli. De verbis 'ad ultimum' cf. III. 1, 7. III. 12, 20. IV. 14, 19. IV. 15, 10. V. 1, 38. V. 3, 14. VI. 5, 17. VI. 7, 10 etc.[1] Deinde cf. eiusdem c. § 40: scilicet res secundae valent commutare naturam. — IV. 11, 16. etc. Tacit. ann. I, 53. Denique de re ipsa lege III. 12, 20.

III.

De additamentis.

1. Neque, ut quaestionem continuemus, raro fit, ut videamus a librariis Curtii historiarum vitio, de quo dixi, contrarium vitium commissum esse, cum et litteras et syllabas et vocabula in verborum contextum inmitterent.[2]

Ita singulae litterae verbis praefiguntur, praeter omnes littera 'h':

A: 31, 14 hagis [Agis: Zarotus. 47, 22. — 116, 30: idioxenum; V: adioxenum. [Dioxenum: Freinsheimius. — 168, 29. — 176, 25. — 188, 25. — 205, 10 feruore [cruore: Lauer. 229, 26. 231, 9.
T: 25, 22. — 96, 1. — 139, 28 expectant [spectant. — 211, 2. —
D: 148, 12.
C: 6, 3. — 34, 17. — 71, 8. — 102, 25. — 113, 12. — 212, 12. — 225, 34 moritarum [Oritarum: Muetzellius.
P: 88, 27 exersis [Xerxis. — 225, 34 noritarum [Oritarum: Muetzellius. 228, 1 hisdem [isdem. 245, 21 exerses [Xerxes.

Tum litterae verbis infiguntur:

A: 9, 19 abhistamene [Abistamene: Zarotus. 26, 12 pharnabazei [Pharnabazi. 41, 22. — 144, 4 cauranus; C: caurarus [Caranus: Freinsheimius. 147, 21 brachiadarum [Branchidarum: Freinsheimius. 185, 26 rinocerontas; P: rynocerontas [Rhinocerotas: Lauer. — 200, 15. — 208, 3 acestimem; P: acestimen [Acesinen: Aldus. 219, 8 malliorum [Mallorum: Lauer. 227, 1 apastris [Aspastes: Freinsheimius.
T: 110, 4 pharadati [Phradati. 137, 13. — 138, 27 ertant [erant. — 139, 6. — 203, 20.
D: 128, 29 adhis [a dis. 150, 8 cohercendo [coercendo.

Denique literae verbis suffiguntur:

A: 4, 30 series [serie. 5, 19 babylonam [Babylona. 13, 26 fortunae [fortuna: Lauer. 16, 7 isson [Isso: Aldus. — 19, 15. — 20, 37. — 21, 30 omnia [omni: Hedickius. — 25, 11. — 25, 24. — 29, 30. — 40, 20. — 40, 27. — 44, 7. — 47, 19. — 51, 14. — 55, 10. — 59, 30. — 65, 7. — 68, 18. — 71, 8. — 72, 1. — 74, 12. — 77, 19. — 78, 5. — 81, 18 monstraret [monstrare: Freinsheimius. 83, 29. — 86, 20. — 91, 10. — 102, 29 fugeret [fugere: Lauer. 120, 27 possem [posse: I. 129, 19. — 134, 30, — 146, 21. — 151, 13. — 154, 1. — 165, 29. 167, 15. — 168, 7. — 176, 6. — 191, 32. — 199, 27 quod [quo: Lauer. 199, 29. — 223, 15. 229, 18. — 233, 22. —
T: 125, 6 tollit [tolli. — 218, 7 eludentem [eludente. — 246, 35 fructum [fructu.
D: 51, 33 solem [sole. 95, 32 contuitum [contuitu. —
C: 33, 27. — 79, 37. — 105, 11. — 139, 16. — 150, 34. — 159, 1. — 164, 15. — 189, 15. — 204, 19. — 229, 18. — 249, 15.
P: 107, 34. — 111, 38. — 133, 37. — 134, 9. — 151, 35. — 152, 27. — 162, 24 conditor [condito. — 171, 2. — 172, 29. — 172, 33. — 172, 36. — 204, 22. — 210, 11. — 212, 24. — 214, 5. — 224, 1. — 224, 17. — 233, 17. — 244, 29. —

Nec vero litterae, sed etiam syllabae praefixa vel immissa vel adiuncta sunt, ut haud raro casus nominum, modi tempora genera verborum, vocabula inter se mutentur.

A: 67, 24 referebatur [ferebatur: I. 171, 2 imprecatus [precatus: Modius. 184, 27 expectat [spectat: Lauer.

---

[1]) Cf. Krahium l. l. II. p. 5. [2]) Cf. Foss. quaest. Curt. p. 25.—29. et epist. ad M. p. 13. — Eussner. in Phil. XXXII. a. 1873 p. 175.

51, 22 inconcussa [incussa: P. 132, 27; 35 antiphatenes [Antiphanes: Aldus. 203, 21 pharrasios [Prasios: Salmasius.
13, 24 detitiei [dediti: Lauer. 156, 31 conprehendere [conprehende: Jeepius. —
28, 21 stantes [stant: I. 58, 22 ostendebatur [ostendebat: Freinsheimius.
122, 26 etiam [iam: Jeepius. 134, 6 praetereunte [praeeunte: Lauer. 186, 33 autem [aut: Modius. 208, 34 se quoque [seque: Hedickius. 213, 9 vetustate [vetusta: Giunta. 250, 37 deponebat [ponebat: Freinsheimius.
T: 80, 13 apervenerat [aperuerat. 152, 18 respectare [spectare. 179, 4 anticipatrum [Antipatrum.
C: 103, 30 intempestiva [tempestiva: Heusinger. 195, 4 infelix [felix. 247, 22 etsi [si. —
67, 1 paululum [paulum. — 133, 1 petito [peto. — 136, 22 eluderetur [eluderet. 202, 1 compelleretur [compelleret. — 202, 22 cuius [cui.
P: 8, 26 sacravenerant [sacraverant. 14, 22 anticipiti [ancipiti. 51, 5 colligibus [callibus: Aldus. 103, 30 tempestativa [tempestiva. 147, 8 interim [inter. 154, 10 muneris [muris. 163, 13 dedideditorum [dediticiorum. 174, 13 strenues [strues. 247, 22 ipsi [si: Giunta.

Denique a librariis singula complurave verba interpolantur; sed tam raro fit, ut in loco quodam vitioso aliquam aliam emendandi rationem adhibere praestet atque eam, qua unum complurave verba ut glossemata e verborum contextu eicere cogaris. Quin etiam nonnulli eorum locorum, quos adhuc viri doctissimi interpolatos esse putaverunt, an alio vitio foedati sint nescio.

A: 14, 39 [et] ignoti: Zarotus. 18, 20 laxare se [et] sinus: Aldus. 30, 22 [hoc ipsum] concurrunt: Hedickius. 40, 24 duos militum: C; II duos militum: P [Miletum: Iunius. — 44, 30 [Oron] amne superato: Hedickius. 45, 25 [et] modo: Hedickius. 51, 29 praetorio [iubet]: Iunius. 55, 35 [nempe] obliti estis: Lauer. 65, 25 [et] incertum: Freinsheimius. 72, 3 causam[que]: Hedickius. 73, 31 CCCLXV [III]: Brissonius. 91, 23 instare [tamen]: Iunius. 95, 4 [tum] armatis: Iunius. 103, 32 quem[que]: Iunius. 116, 18 interdum[que]: I. 127, 30. — 128, 36. — 129, 24. — 140, 10. — 142, 14. — 143, 4 frumenti [quoque] prope: Giunta. 147, 12 [Tum (P: dum) Bessus perducitur.]: Freinsheimius. 151, 7. — 152, 20 considere [deinde] amicos iubet: Iunius. — 155, 21. — 157, 8. — 159, 21 admiratus [est] rex: Vindelinus. 159, 28 Tum rex [admiratus magnitudinem animi]: Modius. 165, 6 ipsum [regum] quoque: Lauer. 188, 12. — 190, 36. — 203, 6. — 205, 1. — 222, 28 [non] receperant: Hedickius. 231, 27 litteras [a Coeno] accipit: Iunius. 235, 36. — 253, 25 constantem esse [constat] suci: Acidalius.
T: 152, 26 [et] stamus. 245, 9 quibus[que].
C: 21, 34. qui [cum] Dareo. — 26, 17. — 112, 31. — 157, 18 post eos qui [qui post: Iunius. 162, 29 ad eos missus [admissus: P. 184, 10 tuum [cum] Callisthenem: Vindelinus. 224, 1.
P: 80, 21 cui [tum] plurimum: Zumptius. 140, 34 et alia quae [aliaque. 188, 11 [se] geminum [germinum: Heinsius. 197, 18 non invehimini [invehemini: Modius. 216, 21 [hoc] si. 233, 10 urbes [quas].

2. Nonnunquam litterae, syllabae, vocabula falso repetuntur.

A: 6, 2 commitata. 15, 7 hii. 26, 19 passipus [Pasippus: Zumptius. 109, 11. — 144, 20. — 208, 21 (s).
T: 185, 8 crocodillos [crocodilos. — 198, 40 (l). — 226, 25 creterris [crateris. 230, 2 (s). 249, 21 (l).
C: 196, 12 (s). 125, 7 opperiturus [operturus: Jeepius. — 67, 1 paululum [paulum. — 143, 27. — 242, 23 plerumque [quae]: P.
P: 167, 12 (s). 132, 1 suppuratus [soporatus. — 136, 2 sese [se]. 143, 27 quia [quia]. 163, 13 dedideditorum [dediticiorum. 198, 21 tantumdem [tandem. 223, 15 identidem [idem]. 225, 34 CCC [C].

3. Atque etiam litterae et syllabae interpolatae vel duplicatae tam falso coniunctae sunt, ut prorsus nova vocabula exstiterint:

A: 74, 22 frugiferae aeque [frugiferaeque: Halmius. 91, 25 a rege ea re [aegre: Acidalius. 105, 3 ad Tanaim alium amnem [ad Tanaim amnem. 122, 28 qui [quo] modo: I. 39, 14 stati praeerat [Statirae erat: Popma. — 58, 1. — 78, 8. — 142, 38 fidem mox [fidem Oxo: Lauer. 153, 35. — 167, 1 eorum omittente [eo remittente: Acidalius. 167, 6. 80, 38 [ad mare] ad meri-

diem versus: Vogelius. 142, 15 sui spem dederat [suspenderat: Palmerius. 208, 34 se [quo]que: Hedickius. 215, 15 solum [m]eo nomine: Aldus. 224, 24 in noritas [in Oritas: Aldus. 229, 28 imperavit [ut]: Modius. 236, 19 causa [a] captivis: Giunta. 236, 28 ira retrucidaret [irae, trucidaret: Modius. 250, 37 morte deponebat [morte ponebat: Freinsheimius.

C: 32, 11 perenixus [per nexus: I. 80, 21. — 162, 29. — 166, 21 laude [de]dignos. — 172, 20 vino quoque [vinoque. — 184, 10.

P: 123, 14 quae vero [quaero. — 140, 34. 170, 25 hoc xartes [Oxartes. — 197, 18. — 218, 4. — 247, 6. — 248, 10. —

Ex his, quae attuli, licet cognoscere additamenta multo pauciora quam lacunas esse; atque si accurate ea perlustraveris, intelleges plurima eorum per neglegentiam vel inscitiam aut linguae aut artis orthographicae a librariis facta esse. Glossemata quae dicuntur nulla fere sunt, quae in verborum contextum irrepsisse putaveris.

Hunc locum per additamentum corruptum esse puto:

VI. 2, 8: Curtius laudat Alexandrum, quod Ochi nepti reverentiam praestitit, dicitque: *Itaque fortunam regia stirpe genitae et tam celebre nomen neptem Ochi reveritus* etc. Haec codicibus traduntur. Modius, quem ceteri secuti sunt, 'neptem Ochi' glossema esse ratus delevit. Equidem puto 'neptem' ex vocabulo 'nomen' bis scripto exortum esse, praesertim cum 'neptim Ochi' antecederet. Propterea scribendum esse censeo: **tam celebre nomen Ochi**. Idem fere vitium exstat in eiusdem capitis parag. 13: ad Tanaim [alium] amnem: Hedickius. Denique pro mea coniectura id pugnare videtur, quod hoc loco 'neptem', non 'neptim' traditum est.

IV.

De ceteris vitiis.

1. Liceat nunc mihi, ut in quaestione pergam, iis, quae supra attuli, exempla adiungere, ex quibus apparet multa vitia in Curtii codicibus exorta esse, quod librarii ceteris satis servatis litteras vel syllabas falso inter se coniunxerint, ut aliis vocabulis formatis locos corrumperent.

A: 5, 24 militatura idem vicies [mille Tapuris. Derbices: Fossius. 65, 15 laetique [laeti, qui: I. 66, 21 atque [At qui: Lauer. 73, 6 acie migrent; V: atiae migrans [aciem irent: Modius. 76, 33 adeo haspin [ad Choaspin: Zumptius. 113, 20 quo tante more [Quo tandem ore: Jeepius. 122, 1 etiam [et iam: Koehler. — 122, 35. — 132, 36 indecaptum [indicat. Tum: Freinsheimius. 150, 1 bosforo incolunt [Bosporum colunt: Acidalius. 170, 9 campo signorum [campos ignotum: Lauer. 188, 18. — 190, 17. — 200, 9. — 216, 26. — 217, 12. 219, 35 inde praestos [In Depraestos: Hedickius. — 229, 30. — 231, 24.

D: 128, 29 adhis [a dis. 235, 39 praestantiore [praestantior est.

C: 26, 17 ethropides; L: thropides [et Dropides: Zumptius. 60, 36 baracrieos [Balacri eos. 124, 25 cum dormire [condormire: Modius. 144, 32 barbarici optimum [barbari caput, opimum: Zumptius. 155, 19 sicque [sic quae: Halmius. 179, 9 intermutandis [in permutandis. 193, 5 imperium res [imperii vires.

P: 32, 11 pernixus [per nexus: I. 98, 1 semiviviho [semivivi hominis: I. 141, 30 nationem sedus [natione Medus. 143, 26 interdium via [interdiu invia. — 144, 32. — 147, 14 egregia [e Graecia. 149, 21 contractum [contra cum. — 150, 32 agro [a Cyro. 162, 3 asperenisi [aspera nisis: Zumptius. 168, 1 conpraehendisse [comprehendi se. 182, 35. — 188, 27 interiora [inter ora. 192, 15 deturbat his [deturbatis. 218, 13 compluribus [cum pluribus. 242, 30 ac sueti [adsueti. 243, 10 ipsa stuperetur [ipsas tueretur. 243, 27.

2. Sequitur, ut demonstremus vocabula Curtiana cum aliis permutata esse, quamquam neque lacunae neque additamenta facta neque litterae vel syllabae vel vocabula falso inter se coniuncta sint. Ex eiusmodi vitiis praeter omnia cum archetypon compendiose scriptum fuisse, tum librarios compendia, quae in eo invenissent, resolvere nescivisse, sed suo arbitrio resolvisse apparet.

Priusquam exempla afferam, vestigia compendiorum in codicibus, qui recogniti sunt, multa inesse nego. Haec fere sunt:

A: 5, 4 DC. 209, 28 VIIII. — 7, 27 oma (omnia: L) [omina: I.

T: 135, 15. — 139, 13 DC.

D: 78, 11 CD.

C: 28, 29 e; P: et [est: I.

P: 77, 20 III. 78, 11 DC. 59, 4 pptis [praecipitis. 76, 1 duce [duceni: C; ducenos: Cunzius.

V: 133, 32 prevertar [praevertar. 80, 32 DCta milia.

L: 80, 32 M DCta.

At redeamus ad illius vitiorum generis exempla. Litterae, ut etiam hoc dicam, persaepe inter se confunduntur, imprimis 'e' et 'i', 'i' et 'y', 'ae' et 'e'. Exempla afferre longum est. Singulas vero syllabas commutatas esse et ex multis exemplorum, quae adhuc attuli, et ex his, quae allaturus sum, elucet.

A: 26, 77 lehicrates [Iphicrates. 40, 10 filiatae [Philotae. — 4, 29 explicatione [exspectatione: Aldus. 5, 10 vineti [Heneti: I. — 5, 34. — 8, 24. — 9, 33. — 11, 23. — 13, 32 verecundus [venerandus: Lauer. — 17, 25. — 19, 11 agmen [amnem: Lauer. 21, 14 caderet [cederet: Acidalius. 22, 19 qui diu [quidem: Heinsius. 23, 11 producere [procedere: Modius. 23, 32 ius [plus: Jeepius. — 24, 34. — 26, 4 eruebantur [cernebantur: I. 26, 9 natura [fortuna: I. 26, 21 facile [facti: Modius, 35, 31 effusa [offusa: Gronovius. — 35, 10. — 37, 12. — 37, 20 ad [ac: I. 37, 34 cum [tum: Hedickius. 39, 11 tamen [tandem. — 39, 15. — 40, 11 ab illo [bello: Modius. 40, 27 receptaculum [recepta Chium: Gronovius. 40, 24 militum [Miletum: Iunius. — 42, 29. — 43, 19 longius [largius: Heinsius. 43, 20 stupens [tepens: Acidalius. — 44, 38. — 45, 21 in obtentis [impotentes: Lauer. — 45, 29. — 47, 9. — 47, 27 clemens [Cleomenes: Iunius. 48, 21 eaque [aequa: Modius. 48, 23 finium [finitimam: Jeepius. 50, 1 itaque [atque: Hedickius. 50, 38 metus [aestus: Jeepius. 50, 39 nutantium [luctantium: Jeepius. — Haec sunt exempla a prima pagina usque ad quinquagesimam; in ceteris exstant sescenta alia.

T: 82, 28 fronte [fronde. 104, 26 reducta [redacta. 108, 16 proprior [propior. 121, 7 erga [ergo. 125, 14 ego [ergo. — 126, 31. — 126, 33. — 129, 7. — 129, 8 persus [praesentis: Hedickius. 132, 14. — 134, 11. — 137, 6. — 138, 2. — 138, 13. — 138, 30. — 142, 29. — 145, 23. 147, 11. — 161, 3. — 178, 22. — 192, 16. — 203, 17. — 226, 22.

D: 79, 21 responsit [res possit. 115, 37 silentia [silenda. — 155, 11. — 165, 9. — 165, 21 insidia [in Syria. — 180, 33. — 185, 23. — 190, 13. — 193, 19.

C: 7, 24 industria [illustria. 12, 40 amisso [omisso. — 18, 11. — 18, 23 iam tum [iactum. — 20, 27. — 26, 13 horae [orae. — 28, 16. — 34, 25 proruptis [prorutis. 38, 34 praefuit [praebuit. — 42, 35. — 45, 36 occidentalem [occidentem. — 45, 35. — 51, 5 collibus [callibus: Aldus — sescentaque alia exempla.

P: 9, 23 studia [stadia. 10, 26 solitudinem [sollicitudinem. 20, 36 procederent [proderent. 24, 4 ad [ab. 25, 19 nobilesque [liberosque. 32, 37 exteriore [interiore. 36, 16 iam tam [iactam. 36, 25 repentes [repetendi. 37, 33 evecta [invecta. 67, 23 caedem [caelum. 79, 10 quoque [loco. 80, 23 deferre [deserere. 85, 35 sustentationem [ostentationem. 95, 21 et [a. 107, 38 phrygum [Erigyium: Iunius. 111, 15 nudaverant [duraverant. 114, 32 repugnari [repurgari. 122, 5 violares [viliores. 122, 13 ut [et. 123, 8 rursus [iussus. 123, 19 teneri [taedere — sescentaque alia exempla.

Hac codicum natura nisus hos locos sanasse mihi videor:

IV. 1, 3: Dicitur, quo Dareus post pugnam Issicam fugerit. Curtius igitur secundum optimos codices haec narrat: *Onchas deinde pervenit ubi excepere eum Graecorum quattuor milia: iam regius tum ad Euphratem contendit id demum credens fore ipsius quod celeritate praecipere potuisset.* Minoris auctoritatis codicum alii praebent 'iam regnis tum', alii eadem relicto aliquot vocabulorum spatio, alii 'iam rex tum', Flor. G denique 'iam rex hiscum'. Editores inde a principe probant: 'cum quibus ad Euphratem contendit', nisi quod Aldus 'cum' omittit. Zumptius scripsit 'quibuscum', Jeepius 'non segnius tamen' vel 'nec tamen segnius tum', quem secutus Novakius 'haut segnius hinc' excogitavit. Fossius proposuit 'iam regius exercitus' vel 'omnis exercitus iam regius'. Walchius denique scribi iubet 'iam regius comitatus'. Harum omnium mutationum Jeepiana sententiarum contextui maxime mihi respondere videtur, at parum servat verba tradita. Ad codicum autem memoriam

maxime Schuessler accessit, qui scribit 'iam rectius tum'. Sed tamen 'rectius', quod olim ego et ipse coniecturae illius ignarus cogitavi, improbandum esse censeo, quia raro idem significat, quod' directius' i. e. 'rectiore via'. Ergo scribi malo: iam **acrius** tum. 'Acrius' enim cum 'regius' haud minus facile confundi potuit quam ed. Hedickian. p. 138, 9 'precantibus' cum 'pergentibus' vel p. 91, 25 'a rege' cum 'aegre'. Tum 'acrius' Curtianum est; cf. VIII. 14: hoc ultimo virtutis opere edito fugere acrius coepit. VII. 9, 10: turbatis acriter pedem inferre coeperunt. V. 3, 10.

IV. 3, 12: Dicitur de Tyriorum obsidione. Haec traduntur: *tris* (sc. naves) *omnino ante ipsa moenia opposuerunt, quibus rex invectus ipsas demersit.* Offenditur in pronomine 'ipsas'; ingratum enim mutato casu in tam brevi membro est pronomen. Cellarius scripsit languide pro 'ipsas' vocabulum 'tris', Heinsius cum audacia 'dissipatas'. Vogelius legi vult: quibus rex invectus ictu ipso demersit. Equidem puto in 'ipsas' latere adverbium 'prorsus'; propterea legas velim: quibus rex invectus **prorsus** demersit. 'ipsas' enim exortum est ex 'prorsus' compendiose scripto. De hoc adverbio cf. VI. 11, 30. VII. 7, 29. IX. 4, 29. Pro mea coniectura pugnare mihi videntur ea, quae Diodorus de hac re tradidit 17, 43: *τρισὶ δὲ ναυσὶν ὁρμούντων πρὸ τοῦ λιμένος Ἀλέξανδρος ἐπιπλεύσας αὐταῖς καὶ πάσας συντρίψας ἐπανῆλθεν.*

